



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXIV. Charta de Mundeburde Regis & Principis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

54 MARCVLFI MONACHI  
qui cum illo pergunt, quàm qui ad  
propria eorum resident, vel vnde-  
cumque ipse legitimo redibit mit-  
tio, in suspenso resideant, & postea  
vnicuique pro ipsis de reputatis cõ-  
ditionibus, & iustitiam reddat, &  
ab aliis simili modo recipiat.

XXIV. CHARTA DE MVN-  
*deburde Regis & Principis.*

**R**ectum est vt Regalis potestas  
illis tuitionem impertiat, quo-  
rum necessitas comprobatur. Igitur  
cognoscat magnitudo seu utilitas  
vestra, quod nos Apostolicũ, & ve-  
nerabilẽ illum Episcopũ, aut Abatẽ  
Ecclesiæ, vel monasterij in honore  
illius sancti cõstructi, cum omnibus  
rebus vel hominibus aut gasindis,  
vel amicis, seu vndecumque ipse le-  
gitimo reddibit mittio, iuxta eius  
petitionem, propter malorum ho-  
minum inlicitas infestationes, sub

sermonem tuitionis nostræ visi fuimus recepisse, vt sub mundeburde vel defensione inlustri viri illius maioris domus nostri, cum omnibus rebus præfatæ Ecclesiæ aut monasterij, quietus debeat residere, & sub ipso viro illo, inlustri vir ille, causas ipsius Pontificis, aut Abatis, vel Ecclesiæ aut monasterij, vel qui per eum sperare videntur, vel vnde cumque legitimo reddibit mittio, tantum in palatio nostro, sequi deberet. Propterea per præsens decernimus ac iubemus præceptum, vt memoratus Pontifex, aut Aba sub nostro sermone, & mundeburde antedicti viri quietus resideat: & nec vos, nec iuniores, aut successores vestri, vel quislibet eum de inquisitis occasionibus iniuriare, nec inquietare præsumatis. Et si aliquæ causæ aduersus eum, vel suo mittio surrexerint, quas in pago absq; eius

36 MARCVLFI MONACHI  
gravi dispendio definitæ non fue-  
rint, in nostri præsentia referuen-  
tur. Quam præceptionem, vt fir-  
mior habeatur, propria manu sub-  
scripsimus.

XXV. PROLOGVS DE REGIS  
*iudicio, cum de magna re duo cau-  
santur simul.*

**C**Vi Dominus regendi curam  
committit, cunctorum iurgia  
diligenti examinatione cum rimari  
oportet, vt iuxta propositionum,  
vel responsionum alloquia, inter al-  
terutrum salubris donetur senten-  
tia. Quo fiat, vt & nodos causarum  
viuacis mentis acumen coërceat, &  
vbi præluceat iustitia, illuc gressum  
deliberationis imponat. Ergo nos  
in Dei nomine, ibi in palatio no-  
stro, ad vniuersorum causas recto  
iudicio terminadas, vna cum dom-  
nis & patribus nostris Episcopis, vel